

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula LVI. De Contusionibus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684-

TABULA LVI.

DE

CONTUSIONIBUS.

I. DIFFERENTIA.

1. Hæc læsionum species peculiari indiget consideratione & tractatione, licet de illa sub vulneribus nonnulla jam dicta sint.
2. *Gradibus* differunt contusiones.
 - 1) Modo enim *cutis integra* manet, vascula autem ipsius minima & fibrillæ a violenta tali causa conteruntur & conquassantur. Unde sanguis ibidem stagnat, & cutem colore rubicundo, flavo, livido, vel etiam e viridi cæruleo tingit; quæ levior contusio ad *fugillationes* seu *ecchymoses* tendit. De his sub tumoribus speciatim jam actum est; non aliter autem a levioribus contusionibus differunt, quam consequens ab antecedente.
 - 2) Modo *cutis* cum partibus *externis* subjacentibus dilaceratur, & sic verum vulnus emergit.
 - 3) Modo *ossa* simul franguntur vel conteruntur, quæ contusio composita vocatur.
 - 4) Modo a gravitali contusione læduntur etiam partes internæ, sive *cum* sive absque vulnere externo, e. g. *intestina*, excrementis repleta, rumpuntur, *vesica fellea* dilaceratur.

II. PROGNOSIS.

1. *Leviores* contusiones periculo quidem ordinarie carent; quando autem in *musculis temporalibus* contingunt, majoris sunt momenti. Nam sub *pericranii duplicatura* hi latitant, & propter *nervos* ac *tendines*, quibus præditi sunt, gravia symptomata facile inducuntur, e. g. spasmus, convulsiones, febres.
2. *Graviores* autem contusiones, cum *vulneratione* & *dilaceratione* conjunctæ, majoris sunt periculi, quam alia vulnera externa. Nam in partibus musculosis repentina illa toni relaxatio humorum ingressui, stasi & putridæ corruptioni pandit portam; a partibus autem *ligamentosis* & *nervosis* contusis spastico-convulsivi effectus, vel tumores refractarii, ariduræ, contracturæ, paralyfes proveniunt.

3. Quæ

3. Quæ pessima symptomata a *cranii* contusionibus oriantur, suo loco dictum est.
4. Vehementes abdominis contusiones sanguinem circa omentum vel intestina non raro in stasin, inflammationem & corruptionem deducunt, vel ipsis visceribus abdominalibus læsionem, ut plurimum lethalem, inferunt. Nam humores, in illis contenti, cavitatem ingrediuntur, ibique calamitosam subeunt corruptionem.
5. A contusione *composita*, id est cum fractura ossis combinata, composita etiam symptomata expectanda sunt; de quibus sub *fracturis* dicemus. Præcipue, quando *vascula medulla* ossium læsa sanguinem suum in cavitatem illorum effundunt, *caries* inde producitur, quæ, quia aliam, ob denegatum accessum, non admittit medelam, membri amputationem efflagitat.
6. Ceterum quo *durior* & *densior* est pars contusa, eo melius succedit *diffusio*, v.g. contusio in *fronte* aut *vertice*, licet insignis emineat tumor, facile tamen curatur, ob robur partis, quæ affluxui humorum propria virtute renititur. Contra, si circa partes molliores, e.g. in facie, contusiones contingant, fiunt facile suppurationes; vel, si leviores fuerint *sugillationes*, in aliis corporis partibus plerumque fiunt stases & suffusiones *erysipelatodes*.

III. METHODUS MEDENDI CUM CAUTELIS.

- I. In *leviore* contusione *interna* medicamina non æque necessaria sunt, *externe* autem conveniunt
 - 1) *Rad. irid. Florentin. bryon. figill. Salom. caryophyllat.*
 - 2) *Herb. hyssop. scord. chærefol. veronic. marrub. alb. capill. ven.*
 - 3) *Sem. carvi, anis. fœnicul.*
 - 4) Hisce speciebus *repellens* aliquod, e.g. *rad. bistort. vel symphyt.* addatur, & ex iisdem *sacculi, epithemata vel cataplasmata* parentur.
 - 5) Quando levibus hisce contusionibus *inflammationes* accedunt, uti interdum contingit, *camphorata* prædictis speciebus addantur.
 - 6) Sic etiam in *ambitu* affectæ partis convenit *defensiva* applicare, ne major affluxus, tumor & stasis cumuletur, e.g. *emplastr. diaphoret. Mynsbevi, saturninum, de minio, spermat. ranar.* Hæc emplastra cum sufficiente camphoræ quantitate sunt remiscenda.

Junck. Chir.

Aaa

2. In

2. In *graviore* contusione ante omnia respiciatur

1) *Discussio* sanguinis; quæ, quo maturius & citius tentatur, eo facilius speranda est. Laudantur in hunc finem

a) *Interne,*

α) *Decoctum arnicæ*; quod remedium admiranda sane efficacia in talibus casibus se commendat. Hinc optandum esset, ut plures de virtute & usu hujus herbæ observationes publici usus fierent, ut jam specimina quædam prodierunt. Testor, quod sæpius cum effectu conspicuo a me propinata sit.

ε) Reliqua remedia, quæ ad sanguinis coagulati discussionem commendari solent, sunt e. g. ocul. cancr. citrat. sangu. hirci, sap. Venet. item radices resolventes, sæpius jam nominatæ; quæ omnia, præmissis & subjunctis laxantibus, usum suum præstant.

b) *Externe.*

α) In plethoricis conducunt *venesectiones*.

β) De reliquo locum habent *sacculi* vel *cataplasmata*, de quibus jam diximus.

γ) Conjunctis in *peripheria* remediis *defensivis*.

2) Quando autem discussio non potest obtineri, tum *evacuatio* instituenda est, quæ duplici modo contingit.

a) Vel enim sanguis *sincerus* ante inflammationem & suppuracionem matura *incisione* evacuatur, quod in tumore admodum molli, ubi sanguis in notabili quantitate sub parte contusa hæret, & nulla discussio speranda, intrepide suscipiendum est. Conf. *tabul. de tumoribus inflammatoriis*. Sequentem autem methodo incedatur.

α) Facta, ut moris est, incisione, sanguis coagulatus exprimitur.

β) Deinde pars affecta decocto quodam balsamico & vulnerario eluatur & abstergetur. Laudantur in hunc finem vinum repesatum, urina recens emissæ, decoct. scordii, chærefol. fatv. hyssop. fanicul. alchimil. hed. terrestr. auricul. muris cum pauca myrrhæ portione. Speciatim *decoctum tabaci* hoc loco, tanquam egregium abstergens & consolidans, commendatur.

b) Vel